



**Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In  
Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria IV. Post Dominicam I. Qvadragesimæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

die Dominus procul à templo suo non eliminaret: at tempus non patitur. Auditores, quid per animalia hæc denotetur, ostendere: quod mihi velim ignosci, verum hoc saltem dixero, in templis (ò impietatem non tolerādam) diem condici, locum designari, nutus impuros volitare, quibus animi voluntas explicatur. O peccatum & impietatem detestādam! ô mille abominationem tormentis infernali bus puniendam! An non hoc est, domum orationis facere speluncam latronum?

Iterum igitur Domine prædones hos, satrilegos hos, simoniacos hos è domo tua expelle, nam quemadmodū magnus ille Abraham è propriis ædibus idololatram Ismaelem exegit: ita quoq; tu summe Abraham Ismaeles hos, proxenetas hos ab Ecclesia tua remoue. Iacob fratri Esau benedictionē precepit: ita etiam tu Pater æterne, Pater Abraham, Isaac & Jacob, impios hos Esau, beneficiorum inquam Ecclesiasticorum mercatores, gratia tua & gloria priua; & utrumq; nobis omnibusq; qui in templo sancto tuo nomen tuum adorant, nec negotiations exercent, concede, gratia inquam hæc in vita & gloria post mortem, Amen.

#### FERIA IV. POST DOMINICAM I. QVADR. gesimæ.

Partitio.

- I. *Designus Dei seu miracula.*
- II. *Designo Iona, quod sit.*
- III. *Designia Catholicorum.*
- IV. *Designus Nouatorum.*

#### F I G V R A.

*Generatio prava & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi Iona Propheta. Matth. 12.*

*Exod. 7.*

**C**V m Israelitarum ille terror Pharaon, & tyrannorum omnium facile princeps, experiri vellit; num vere Moyses à Deo misfus, ac cœlitus destinatus esset, qui populum Iudaicum è duro seruitutis ergastulo eripe-

ret; statim ab eodem signa & prodigia postulauit, dicens: *Ostende signa.* At videoas hodierna die in hocce nostro Euāgelio nouos Phætaones, Scribas sc. ac Pharisæos, qui cum tentare velent ac certo scire, num Iesus, ille pauperculus Nazarenus, vere Dei filius esset, verus illorum rex, & in lege promissus Messias, accedentes miracula ab eo fieri postulat. *Volumus à te signum videre.* Ecce postulata eorum reliquam porro rei seriem adiungam, mox ut Virginem Deiparam salutauerimus cum Angelo dicentes:

#### A V E M A R I A.

Nihil est in rerum natura, Auditores, quæ vicinius ad æterni illius & infiniti esse, quod Deum nominamus, cognitionē acedimus, quam ipsa prodigiorum rerumq; præter communem naturæ ordinem accidentiū, & miraculorum patratio. Illa quippe sunt velutirii, per quos animæ nostræ ad diuinitatis usq; abyssos conducuntur: illa sunt igniculi & scintillæ, per quas micantem illum Deitatis sole oculi nostri contemplantur. *Vix viderat Sareptana illa vidua rediuuum filium* 4. Reg. 17. & statim Heliam Prophetę loco habet, ac ve- luti à Deo ad salutem domus suę missum ve- neratur; *Vnde ait: Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo verum est.* Quamobrem hoc certum sit, ipsa miracula, quotiescumq; contingunt, vera esse diuinitatis indicia: quando n. audio solem ad Iosue imperium stetisse, matrem post partum vir- *Ios. 10.* *Marc. 6.* *Dan. 3.* ginē perseverasse, corpus solidū vndis in am- bulasse, fornacē Babylonicam, igne succe- sam, minime nocuisse, statim mihi superna- turalis cuiusdā virtutis ac potentiaz, ab insi- nito illo Esse procedentis, in mentem venit. Cognovit id David cum ait, *Quia facias mira- bilia magna solis.* Vocē Solus addit, ut cæteræ Solius est creature excludantur, ad quas nulla ratione Dei mira- spectat huiusmodi opera præstare, ut quæ à cœla patra- manu quæ infinite semper moueantur, quæq; re- virtute quadam omnipotente prædicta sit, proficiunt & fieri cōueniat, cum hoc ad solum Deum spectet, & nulli alteri sit concessum.

Tu solus scilicet es Domine, cuius est mi- racula patrare: tu solus es, qui sumus naturæ

L. 3 prius

## CONCEPTVS THEOLOGICI

270

princeps & artifex cum sis, & rebus, quæ in rerum natura non existunt ita imperes, ac si reuera existerent & eas velut in aciem ex nihilo creando producas, denique totius mudi Dominus cū sies: *Quia per te* merito appellaris & diceris. Natura quidem ipsa solis delicia in celo, in aere tonitrua, flammæ & fulgura, in mari Euripos, in terra monstra, atque alias res mirabiles potest producere: verum vñium vel minimum patrare miraculum nulla ratione potis est.

Natura &  
diabolus  
edere que-  
unt mira-  
bilis at nū-  
quam mi-  
racula.

Potestis quidem, vos dæmones, clementia in aëre concitare, vt inter se gladiari videantur, tempestates suscitare, ventos & turbines agitare, Oceani vndas excire, montes denique ipsos transferre aut concutere: at vbi feceditis & omnia pacata sunt, non miracula, at solum mirabilia fuisse dicenda sunt. Non vestrum est mortuos ad vitam reuocare, visum conferre cæcis, gressum claudis, paralysin dissoluere, morbos deniq; ipsos nullo remedio naturali, aut secreto aliquo humorum corporis humani motu, sanare: ita vt vere dicere possumus, nullum à vobis supernaturali quadam ratione, pristinæ valetudini posse restituvi.

Fixum itaq; sit ac certum ipsa miracula à solo Deo proficiunt, & illa ipsa supernaturales quodā influxus esse, ac valuit aquas à prima veritate promanantes, propagines fidei, & religionis vincula. Testē huiusc rei habeo D. Augustin. hic enim lib. 4. de utilitate credendi, c. 17. in libro contra Epistolam fundamenti apertissime confitetur, se vinculis miraculorum in Ecclesia detineri. Post illum quoq; Richardus à S. Victore. lib. 1. de Trinitate c. 2. exclamat: *Domine si error est quod credimus, à te decepti sumus: nam ista in nobis tantum signa & prodigiū confirmata sunt, & tamen libus quæ novi nisi per te fieri possunt.*

At quid est miraculum: est noua quedam & preter ordinem probatio virtutis & potentiae diuinæ, opus quoddam supernaturale, à diuinitate descedens, ac veluti testimonium quoddam altissimi, est signum & nota supremæ cuiusdam auctoritatis, actus supremi nature artificis, preter communem naturæ ordinem, & vulgarem operandi modum longe excellēs, ad glorię diuinę manifestationem,

Ecclesiæq; vñitatem productus. Deniq; est illud signum quod Iudei hodierna die in Euangelio videre desiderant, dicentes, *Magister volumus à te signum videre.*

Verum, antequam in altum vltius pro-  
puechamur, & longius in contextus arcam Duo ho-  
descendamus, consideremus oportet, duo es-  
minū ge-  
se hominum genera, qui nullo non tempore nera a Deo  
acloco Deum tentant, noua ab eo miracula miracula  
quotidie impudenter & importune queren-  
tes: obdurati scilicet peccatores, & non cre-  
dentes heretici: gens mala, intelligendi sunt  
peccatores, & adultera, intellige hereticos, Hæretici  
illos scilicet Ismaelites, degeneres, & adulteri. veluti ad  
nos, qui postquam matrimoniū in bapti-  
smo cum casta illa Susanna, Ecclesia sc. ini-  
runt, solennibus illis votis & promissionibus  
perfundatis, hæresi velut pellici, se magna  
cum sui ignominia impudentiaque, nec non  
magno lasciuie signo, coniunxere At primo  
de peccatoribus verba faciamus.

Obduratus peccator, qui ad salutem ad-  
Peccator  
spirat, & infernalia se tormenta euasurum ad iustitiam  
existimat, tacita quadam ratione à Deo mi-  
racula videntur expetere. Hunc igitur nō abs miracula  
re cum bono illo latrone cōferre posse vide-  
peruenient, qui cum toto vitæ tempore latrocinia ex-  
nequit, erciusset, in ultimo vitæ articulo cōstitutus,  
idq; in ligno crucis, miraculum iustificationis à Domino postulavit. Ita porro fieri  
videm⁹. Auditores, vt anima in peccatorum  
volutabro immersa, & in iisdem quodāmo-  
do sepulta, miracula à Deo semper cōtendat:  
neque enim fieri vlla ratione potest, vt quis  
tergiuersans ac moras noctens ex profundo  
peccati emergat, nisi suam Deus infinitis, p-  
pemodum miraculis opem intermisceat, ac  
cooperetur. Admirandum plane opus ipsa In peccato  
Lazari fuit resurrectio, imo vero plurimorū toris car-  
miraculorū instar, videre sc. mortuum iam uestione  
quadruplo corruptum, iam & foecidum ēsc. nō minus  
pulchro predeuentem: videre lapidem reuol- miraculi  
ui, insitas & funes dissolui, animam in cor- latet, qui  
pus redire, & idipsum viuum inter homines in Lazarus  
conspici. Sed hoc ipsum est, quod in pecca- resur-  
toris conuersione videmus contingere, qui scione-  
cōfractis inferni foribus, semiputridus pro- Ioann. 11.  
dit, lapidē & duritiem peccati deuoluit, vi-  
acula captiuitatis effringit, cui gratia reddit, &  
peccato

Miracula  
in sola  
Christi  
Ecclesia  
esse testa-  
tur Aug.

Egregia  
Ricardi à  
S. Victore  
sententia.  
Quid sit  
miraculū.

peccata dimitruntur, an non hęc infinita miracula sunt?

Iij. 8.

Iustifica-  
tio & con-  
uersio pec-  
catorum  
cum ruina  
mutorum  
Ierichun-  
tinorum  
compara-  
tur.

Quattum porro miraculum fuit, muros ciuitatis Ierichuntinæ, (quæ sexcentis ali- quādo hominum millibus valide restiterat) ad clangorem buccinæ sacerdotalis corru- re? an vestra sententia, minus esse miracu- lum viderut, peruicaciam peccatorum, qua non ipsi Ierichunti, verum peccatrici animæ instar mutorum est, quæ Dei præcepto, legi naturæ, rationique toti mundo communire- ficit: ad vocem Sacerdotum, ad sonum ver- borum Sacrametalium, quæ instar tubarum Euangelicarum sunt, concidere, ac pœnitentia viam sternere? Quænam miracula, ecque prodigia in Ægypto facta sunt ad unicum Pharaonem conuertendum? Hem qui labo- res, quænam inspirationes, quænam admo- nitiones, quænam signa, quænam miracula requiruntur, vñus ut peccator ad bonam fru- gem redeat, ut relicto peccato in viam vir- tutis redeat.

Israelites cum in Ægyptum famis tempo- re delcedissent, existimantes ibi se quatuor aut quinque ad summum annis mansuros, donec ipsa fames transiasset: quadringentis annis in eadem hæserunt, & mortui sunt, ac posteri eorum dumquam nisi per prodigia & miracula egredi potuerunt. Et vero non aliud denotat, Auditores, quam peccato- rem, cum in Ægyptum peccati descendit, nunquam redire aut reuerti in patriam posse, nisi Deus prodigia & miracula magno numero edat. *Gens prava signum petit.* Sunt mihi credite, impii, sunt peccatores, qui miracula à Deo efflagitant, quoniā iis necessaria sunt, ut ad vitam & gratiam reuertantur. Verum his non est adeo firmiter inhæren- dum, aut noua signa expectanda: aliud quippe vobis non dabitur, nisi signum Ionæ Propheta: agite pœnitentiam, hoc namque ve- rum Ionæ signum est, & omnium miraculo- rum miraculum maximum: quamobrem aliud non est quod exspectabis: Neque enim aliud Niniuitæ habueret, non aliud S. Maria Magdalena, non Dauid: non denique Petrus Apostolus: aliud quoque vos non habebitis, nam signum non dabitur vobis nisi Ionæ Propheta. O tempora! ô mores! Totus hodie terra-

rum orbis in miracula inclamat, miracula postular, & abfīq; miraculis vix credere posse videtur. Et interea quot in mundo homines reperiuntur est, Deus immortalis, qui vix se- mel cogitant esse Deum, esse aliquos manes & subterranea regna, quiq; nullum putent post hanc vitam locum supereesse, in quo animæ præmiū accipiant, aut quidquam credant à morte nobis in altero esse mundo exspectā- dum: Quod non à meipso, sed Dauide mihi præente astro, *Dixit insipiens in corde suo, Psal. 13.* Non ēst Deus. Vere in corde suo: si enim ore & lingua hoc proferre ausus fuisset, omnes eū creature mundi conuicissent, quæ te con- fitentes, te prædicantes, per yniuersi mundi climata exclamant. *Ipse fecit nos & nō ipſi nos.* *Psal. 94.* Taceant impii, taceant Athei: et Deus, nos Omnes eum agnoscimus, nos nostrum ei esse ascri- bus, quidquid sumus aut habemus, abi- aduersum psu profectum est: nihil nostrum est. *Qnam impios,* multos pro dolor, videre est, qui miracula Deum esse huiusmodi exigant, qui cum fidem ore con- testantur, in corde tamē eam negant, atq; ita- contingit eos hasce blasphemias euomere.

Anne fieri potest, Deus aliquę esse, eum- que ita rigidum & seuerum, vt in se delin- quētes perpetuis apud inferos torquat sup- pliciis? anne credendum est, in terræ medio *Inferos* ac centro, inferorum locum esse, perpetuis esse. ignibus exstantem, in quo damnati & dæ- mones inauditis cruciatibus castigentur. *Ma- gister, ô doctor Sorbonice, volumus à te signū videre, crederenon possumus, ostende, mira- culo rem declara, athee, fiat, audi Isaiam regi Achaz loquentem, Pete tibi signum à Domi- no Deo tuo, in profundum inferi, siue in excel- sum supra: id ipsum & ego tibi in clamem.* Su- perne namque video Angelos æxlo depul- los, ac beatæ Dei visione priuatos, in maximā infelicitatem prolapsos. at quonam prola- plos? in infernalē abyssum, ac flammariū locum. Magnū id profecto signum est. Dei oculos, & audies eiulatū, lamenta, ac despe- ratione plenam vocem illam Epulonis, *Cru- cior in hac flamma.* Intuere Dathan, Core, & Num. 16. Abiron cum tabernaculis suis, terrā dehincē- te, voragine absorberi: contemplare incen- dium, & deuastationem Pentapoleos, & dici- to nobis, ybinam hęc omnia contingat, quo in loco

Similitu-  
do.

Exod. 14.

Pœnitētia  
est signum  
Ionæ.

in loco lugubris illa tragædia peragatur? ac signa quam plurima videbis.

MI.

Qui de di-  
uina dubi-  
tant pro-  
uidentiam in dubium vocant, itaq; vt hanc  
esse credat, miracula efflagitato: multi dicunt,  
Qui offendit nos tis bona fierine potest, vt Deus  
quin cœlestib. illis, & aereis forniciibus ha-  
bitat, qui nutu suo atq; imperio tot regna &  
prouincias moderatur: Angelorum scilicet

in celo, hominum in terra, avium in aere,  
piscium in aquis, animalium in purgatorio,  
dæmonum in locis inferis; Deus inquam,  
hominum curam suscipiat, & erga eos pro-  
uidentiam suam singularem declareret: adeo vt

nihil circa ipso fiat, quod non Deus sciat, &

perfectum habeat. Domine, volumus à te signum  
videre. O gens prava & adultera, impii, in-

quam, & athei: Interroga patres tuos, & dicet  
tibi. Repete priorū temporum memoriam,

sciscitare à maioribus, vetus testamentum  
perscrutare, ac plurima signa reperies: Cor-

ui Elie in deserto panem suppeditant: Ange-  
lus Prophetam ē Iudæa in Babylonem capi-

lis arreptum transferr, vt captiuo qui in la-  
cum leonum coniectus erat, prandium defe-

rat, Cœlum pistoris vice fungitur, ac qua-  
draginta ipsi annis sexcenta hominum mil-  
lia in deserto manna pascit. Exclamem igi-

tur, o prodigia immensa! o prouidentia Dei

singularem! an non hinc satis colligi potest,

singularem hominum curam Deum gerere.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdura-  
re corda vestra, sicut in exacerbatione, secundū

diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me  
patres vestri. Aliud signum non querite, nisi

signum Ionæ Prophetæ, nec maius miracu-

lum è cœlo importune efflagitate. Vnum hoc  
sufficit, vt in aduersis solamen, in dubiis ani-

mum, in angustiis spem suggerat. Ionas du-  
plici angustia conclusus, ventre scilicet ceti,

& ceto in ipsis aquis, nunquam sperare desti-

tit. Et ego dixi, Abiutus sum à conspi. Eu ocu-

lorum tuorum, veruntamen rursus videbo tem-

plum sanctum tuum. Daniel in medio leonum

constitutus animum non contraxit, Ioseph in

captivitate positus non dimisit, Ionas in

ventre ceti sustinet, & auxilium Domini ex

spectabat. In hoc signo vinces o anima mea,

hoc sufficiet, & plusquam sufficiet, vt inter-

forunæ procellas constituta non desperes,  
at spera in Deo & fac bonitatem. Deum time, Psal. 36.  
& in eum confide: ipse enim deducit ad inferos i. Reg. 4.  
& reddit, per tristia & aduersa deducens, &  
per læta ac prospera reducens.

Reuocate hic in memoriam, quod circa Christum quandam gestum, afflictis solatio est. Ille namque cruci affixus, crudele supplicium perulit, ac mortena durissimam Matt. 27. sustinuit, verum magna cum gloria dcinde post triduum à mortuis resurrexit. Ad eundem plane modum, o homo, si crux tibi angustiarum toleranda est, si calamitatibus premeris, spera resurgere, & idem ipsum signum quod in Iona peractum fuit, in te peractum iri spera; noli dicere, q; dixit olim filia Sion, Dereliquit me Dominus, Dominus oblitus est mei: statim enim subiungeret Dominus: Nūquid potest mulier obliuisci infans suum? & si obliuia fuerit, ego non obliuiscar tui. O animalium nostrarum zelator Deus! fatetur & scimus, nunquā te nostri obliuisci posse, nimis enim profundus nos peccatori tuo infixos & quodammodo insculptos habes, idque clavis quibus in cruce confixus es.

Deinde ipsi sunt heretici, qui semper miracula efflagitant, & nunquam non signa miracula querunt. An non auditis, qui semper inclinquent, Vos Papistæ, vos Romani Iesum in postulatum Sacramento Eucharistiae præsentem adesse dicitis, non credam nisi videbo. neque enim LUC. 24. vila rei verisimilitudo est, volumus à te signum videre. Id ipsum fecit & Herodes, qui à Domino tempore Passionis signum aliquod videre cupidus erat. Fecerunt id ipsum & Iudei, qui eundem Dei filium cruci affigentes, clamant, Si filius Dei est, descendat de cruce, Matt. 27. & credemus es. Verū hi Domino nō amplius cruci affixo, sed sub speciebus Sacramentalibus latitanti plenis buccis conuiantur, & clamant, Si filius Dei est, dc. hoc est: Si corpus eius in Eucharistica adsit, efficiat ut videamus, & credemus & adorabimus. Eximie magister noster, doctor Sorbonice, volumus à te signum Exod. 24. videre. Tu porro minister Caluinista adsis, & sexcera tibi signa producā. In Exodo manna; Exod. 16. eius Sacramenti signū videbis, & Agnū Paschalem item alterū, in Genesi vero sacrificium Gen. 14. Melchisedech. an non vera tibi illa videntur esse

Psal. 113.  
eff signa? Vis videre miracula: aperi oculos,  
& caliginem ac velamen cætitatis ab iis remoue, ac cū Propheta regio dicitur, *Renela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Pertinaciam exue, fidem humilitatemq; amplexus, & videbis hic substantiam vnam in aliam conuerti, accidens sine subiecto subsistere, quantitatē sine loco esse, ac corpus plurim locis existere, nullum tamē locum occupare, corpus inquam gloriosum non demonstrans gloriam, an non hæc vere miracula dicenda sunt? an non tibi hæc signa certissima esse videntur? nihil tu horum omnium credis, at credit David dicens, *Memor: am fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Quamobrem qui omnia miracula, quæ ē celo proficiunt possunt, in vnum conglobata, ac veluti in compendium redacta videre desiderat, ad Sacramentum hoc accedat: Deus enim, cum corpus hic suū nobis in cibum elargitus sit, omnia profecto miraculorum genera simul veluti in scenatu produxit: sicut videtur.

Obiicit  
hæreticus  
nullum  
amplius in  
Ecclesia  
miraculū  
patrari.  
  
Centuriatores miracula  
enumerantur,  
quæ in vno quoque  
sæculo cōtigerunt,  
iisque  
adæculū  
vndecimū.  
  
Miracula  
potissimum  
sunt, vt  
Psal. 110.  
Ne vterius procedatis, ô Romani, inclamant etiam ministri, dicitis virtutem & potentiam miraculorum in vestra Ecclesia reperiri, atq; hanc de Babylone vestra opinio nem diffunditis: Sed ipsum falsissimum est, nihil enim adeo ab ea alienum, iam enim à longo tempore fons ille miraculorum exaruit: cum fide vbiq; gentium diffusa, & stabilita, amplius iam necessaria non sunt. Erras infensate ministelle, erras, & quidem crasse, & ignoranter. Si enim Centuriatorū vestrum centurias, eorumq; annales legisses, vi disse proculdubio, vt vbiq; ad singulos annos, ad singula saecula, miracula, vñq; ad vñdecimum sæculum enucleate enumerent, ac nil nisi miracula concrepent. Si temporis ratio permitteret: cœquidem te per omnes veterum annalium memorias, perque historiarū omnium campum expatiaturus deducerē, simulq; tibi ad oculum ostenderem, miracula ad nostra usque tempora, & in hodiernam usque diem in Ecclesia vigere ac permanere.

Nestin vero in quo miraculorum operatio consistat, aut quam ob causam Deus eadē fieri permittat: ipse tibi per transtennam dicā, non tam ea ad confirmationē aut stabilimē-

tū fidei: quā ad gloriæ divinæ manifestatio- per eadem nem fieri: quin & aperire te docebo, etiam ho. Dei gloria dierna die & quotidie, in Ecclesia miracula manifesta patrari. At non tibi ipsa Ecclesiæ Sacra menta reddatur, vera esse miracula videntur? An nō vere miraculum videri queat, aquam quæ corpus in Baptismatis Sacramento lauari, anima simul Quotidie à peccato ablueri? an non miraculorum om- adhuc in dium maximū sit, peccatorum ad gratiā re. Ecclesia datus, & iustificatio, quā quotidie in Ecclesia miracula fieri cōspicimus? Sane, vt vere doctor Angelicus. Scholasticorum facile princeps; Sorbonicorum columē, ac religiosorum decus, D. Thomas ait, *Iustificatio & remissio peccatorum est maximum opus Dei,* quotidie ramen eam in Ecclesia contingere videmus. Quin D. Thom. etiam ignis ille infernalis, qui in damnatorū 2. q. 113. animas, & in dæmones agit, qui spiritus sunt huiusmodi actionum incapaces (cum purgatorium ipsum denegatis) an non cum miraculo illuc agit & operatur? Quamobrem gens prava & adultera, nolite amplius signū quædere, aliud non habebitis quā Ionæ Propheta; & nisi eodem quo Niniuitæ modo pœnitentiam egeritis, simili flagello castigabimini, ac simile periculum incurietis.

Verum iam satis superiq; vos ē nobis signa postulatis Caluinistæ, iam nos ē contra à vobis signa postulamus & miracula: *Magister volumus à te signa videre,* qui sitis, vnde missi, quādo veneritis, & quid inter nos agatis? Ad eundem plane modum olim Tertullianus Valentinius & Apellem vtrumq; hæreticum interrogavit: *Quis es tu, quando Lib. de prævenisti & unde uenisti, quid facis inter nos?* scrip. heret. declarare nobis qui sitis, ostendite nobis miracula. Caluise volumus à te signum videre, cum nimis extra ordinē etas: Alcoranus tuus recens est; nuper inuictus, bi- Ostendant bliis nostris penitus repugnans: cum tua re hæretici formata Religio scatæ paradoxis, plena sit miraculis, prodigiis doctrinis, cum omni antiquitate à quo missi pugnas, blasphemis, sacrilegiis, contradictiones, inibus, priuationibus, negationibus, reb. nullius momenti, & apinis tricisq; ac germanis gerris sit refertissima: intereat tamen immediate à Deo te missum iactitas; proferigitur tua miracula, produc tuæ auctoritatis testimonia, pmas quib. tibi credere possimus lit-

Tom. I. Bessai Quadrage.

Mm teras,

## CONCEPTVS THEOLOGICI

274

teras, profer tabulas, Volumus à te signum videre.

Quemadmodum enim in omni bene instituta republ. læsa maiestatis crimē habiti cōfuerit, si quis absq; pleba Principis auctoritate milites cōscribere, & exercitū in regno aliquo colligere conetur. Ita quoq; tu Calvīne, (proh rem indignissimā!) tympana pul sare, & tubam inflare in omni Ecclesiā domino ausus es: ac milites cauponarios, leuis armaturae equites, Lurcones & helluones & homines insensatos conscribere, non exhibitis litteris quib; te missum ostenderes auctoritatem stabilires, nō exhibito breui aliquo, aut decreto magni illius Ecclesiæ Monarchæ. Vere igitur vos læsa maiestatis rei: tum diuinæ tum humanæ: vos rebelles, vos turbulenti: vos deniq; sed tios estis, ita vt vere Pontifex dixerit Innocētius: Non sufficit, quod quis de haret. c.

*Innoc. III.* Cum ex in*mis* iuncto. probare per miracula.

Omnes quotquot & vos imprimis, qui seducti & errore excæcati a Deo miseri fuere ad nostram doctrinam patrando: rum habuere.

*3. Reg. 18.*

*Exod. 18.*

Hic igitur discatis oportet, o Catholici, & vos imprimis, qui seducti & errore excæcati a Deo miseri estis: omnes hosce ministros pseudoprophetas esse, cum nunquā opere aliquo supra commuaem naturæ ordinem edito, ut ipsa miracula sunt: vnde missi & à quo communistrare potuerint: & cum summus ille Deus semper docendā, nunquam legem aliquam promulgauerit, quam non simul & miraculis confirmavit: & etum nullum unquam in mūdum ad nouam aliquam doctrinam docendam miserit: quē non pariter & miraculorum dono decorauit, vt si ad quos missi erant, & quib; prædicaturi venerant, hinc crederent illos a Deo vere esse destinatos. Video Eliam in legē Moysis cum Prophēti Baal disputantem ad miraculorum patrationem descendere. Lex ipsa in monte Sinai dabatur cum sonitu tubarum & fulgurū, & ecce caperunt audiri tonitra, ac micare fulgura & nubes densissima operire montem, clangorū, bucina, vehemētius perstrepebat.

Quo quid aliud edocemur, quam legem & doctrinam a Deo missam, & mittendam, semper miraculis stabilendam, ut in quibus annuntiaretur, de eius veritate cōstaret. Moses a Deo electus & missus, ut in Ægypto populi rebus patrocinaretur, & Pharaoni, quo

Heb eos captiuitate solueret, suggesteret, Exilium, virginem habuit miraculū in signū, quæ testimoniū esset eum vere & legitime a Deo missum Daniel Propheta ab eodem, & ad i-Dan. 14 dem omnino negotium in regnum Babylonum missus miraculorum donū habuit, vt somnia s' explicaret, cogitationes internas aperiret, & intimos animi recessus declararet, leonum feritatem compesceret, instar agnorū eos manuetos redderet, vt seces impios & peruersos conuinceret, innocias Sulannas defendenter, Regum deniq; cogitationes interpreraretur. An non vere nobis illa miracula videntur? Ipse quoque Dei filius Iesus Christus, a Deo ipso sine vilo medio in hunc mundum missus, vt legem gratiæ hominibus promulgaret, miraculorum virtutem cunctipotentem secum attrulit, *Opera que ego facio, ipse testimoniū perhibent de me.* ipse quoque Satan tenebrarum princeps, scire desiderans dum austerus ille ieiunator in deserto, vere Dei filius esset, petiit vt miraculum aliquid ederet: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Diceris quidem inquiri oppugnator, Messias esse, ac nouus Hebræorum legislator: at ipse mihi persuadere vix possum, nisi miracula à te videam patrati, *dic ergo ut lapides isti panes fiant:* hinc ostende missionem tuam. An non meministis legationis illius quam Ioānes Baptista ad Christum destinatae? in qua cum legati à Christo petiissent, *Tu es qui venturus es, an aliud expectamus?* Tunc Messias es? tunc Filius Dei es? tunc ille legislator quē in lege promissum præstolamur? Christus aliud nō respondit, quā quæ patrabat miracula, dicens: *Ite dicite Ioanni, cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgent, & pauperes evangelizantur.* Ac si dicere voluisset: Ite: ne amplius dubitetis, miraculis enim me esse demonstro, cum cœci visum, claudis gressum, leprosis sanitatem conferam, mortuos deniq; ad vitam reuocem. Atque hec missionis meæ sunt insignia, ac literæ patentes.

Hinc igitur manifestum euadit, eos qui a Deo sele ad nouum Euangeliū prædicandum missos gloriantur, litteras extraordinarie suæ missionis in promptu habere debere, donum scilicet miraculorum. *Quamobrem cum*

*Christus nouam*

*eternam*

*promulgat*

*turum mis*

*culturum*

*debet*

*donum*

*habent*

*Ioan. 10.*

*Matt. 4.*

*Matt. 11.*

*Lib. de pra-*  
Immet sui  
temporis  
hæreticos  
Tertullianus,  
quod  
miracula  
edere non  
possent.

cum vos Caluinistæ hac de regloremini, &  
huiusmodi vos esse iactiteris: exhibete nobis  
sigilla vestra, tabellas, paragraphos, ac signa  
litterarum vestiarum. Hoc ipsum quoque o-  
lim à Gnosticis testis illæ antiquitatis requi-  
rebat Tertullianus, Provent, inquit, se nouos  
*Apostolos esse. Volo virtutem eorum proferri: agno-*  
*scor vero maximam virtutem eorum, qua Apo-*  
*stolos in peruersum emulantur. Illi enim de mor-*  
*tuis suscitabant, isti de viuis mortuas faciunt.*  
O diuinam & omni laude dignissimam sen-  
tentiam! irridet ille hæreticos ac quodam-  
modo nefaria Caluini miracula præsagis,  
quibus hominem, quem viuum ad vitam re-  
uocare putabat, mortuum reddidit, ut multi  
auctoritate graues scriptores, ac cum primis  
Surius & Bolsecus commemorant.

*Erasmus in*  
*diatriba*  
*sua delib.*  
*arbitr.*

Ipsæ quoq; Def. Erasmus, licer non vsque  
adeo boni in fide Catholica nominis, Luthe-  
ranos semper exagitabat, ac miracula ab iis  
efflagitabat: atq; hoc inter cætera: Non cre-  
debatur *Apostolis, nisi miraculis fidem astruxi-*  
*sent doctrina: nunc quislibet sibi postulat credi*  
*quod affirmat, se habere spiritum Euangelium.*  
*Apostoli quoniam excutiebat vi peras, sanabat*  
*egrotos, excitabat mortuos, ita demum creditum*  
*est, & vix creditum est paradoxa docentibus.*  
*Nunc cum iuxta communem opinionem adfir-*  
*mant pene παράδοξα nullus adhuc illorum*  
*existit, qui vel equum claudum sanare potuerit.*  
O verba omni præconio dignissima! & quam  
bene hæc scripisti Erasme?

*Lutheri*  
*arrogans*  
*telopolum,*

Lutherus porro auero oriunda pestis,  
quæ totam Germaniam contagio suo infe-  
cit, impudenti sanc & arroganti respōlo hoc  
à se auerttere conabatur: ita namq; in com-  
ment. in Ps. 44. *Eructauit, scripsit, Obiiciunt,*  
inquit, *Papisse fidem meam, & doctrinam mi-*  
*raculis non confirmasse. Quibus respondeo, hoc*  
*maximū esse miraculū, & maius miraculū un-*  
*qua factū, quod doctrina mea in tam breui tēpo-*  
*re sine ullo miraculo sed dilatauerit. Notate quē-*  
*so perficitam hominis fronte & supercilium.*  
*tātu hoc namq; miraculi habet, quantū lapi-*  
*des dorsum tendere. aiebat magnus ille Anglie*  
*Cællarius Thomas Mor. ipsa etenim mo-*  
*rū libertas, ipsa voluptatis concessio, & con-*  
*nuentia in sceleribus, ipsa coquina ac taber-*  
*na, homo sclestissime, tātam tibi hominum*

multitudinem adiunxerunt, vt mirum non  
fuerit, doctrinam illam ad vulgi aures & pa-  
latum accommodatam, in tantum tantillo  
tempore invalefcere ac propagari potuisse.

Audite egregium, huicq; rei maxime qua-  
drans Callistæ meretricis apophthegma: que Callista  
cum Athenis, vbi corpus suum vulgabat, plu-  
meretrum adolescentium animos, qui Philo-  
sophie operam dabant, voluptatibus inesca-  
ret, atq; a scholis auerteret, quadā die Socrati-  
ocans dicebat: Qui fieri dicā doctissime So-  
crates, vt doctrina & philosophia tua nemine  
amasorum ad te quæs adducere, quando tot  
ipsa ludo tuo adolescentes amoribus meis ir-  
rentos, abduco. Cui Socrates quam prom-  
ptissime respondit: Tu ad voluptatis declivia,  
ego ad virtutis arduatrabo: atq; ita nō est mi-  
rium plures tibi adhærescere, teq; sequi. O-  
rientis ille Antichristus Mahometus, dicere Mahome-  
solebat, Christum quidem miraculis fidem tus aiebat  
suam cōfirmasse, armis vero & gladio se suā: se doctri-  
at vos Luthere & Caluine merito vos vestrā nam armis  
libertate voluptateq; astruxisse, dicer pote-  
stabilis-  
ritis. Porro, hæretici nolite amplius signum se.  
quærere, nolite miracula efflagitare: constat  
quippe vos pseudoprophetas esse, ingestos ac  
quodammodo intrusos lupos, ac ministros  
Satanæ. Missionem enim non ostenditis, au-  
ctoritatis datæ decretum vobis non est, pa-  
tentis denique non exhibitis. Quamobrem  
Catholici hos veluti pestes & orbis perni-  
ciem remis velisque fugite, ac furias hasce in-  
fernæ cauti pertimete.

Tu porro fideiū omnium caput, Ecclæ-  
siæ princeps, hæretum exst̄, cōpator, qui facis  
mirabilia magna solus, quiq; miracula in Ec-  
clæsiæ cum necesse, & viū fuerit, operari nō  
cessas: hodierna, quæsio, die ea in peccatorum  
gratiam declares, gens prava namq; signū quer-  
rit. Operare quæsio magnū hoc miraculum,  
iustificationē sc. eorum, peccatis eorū igno-  
rāce, vincula quib⁹ captivi detinētur diffun-  
de, atq; è peccatis, in quæsio veluti sepulti &  
obruti iacent, educito. Gentia huic adulte-  
ræ, hæreticis. sc. ac Nouatoribus aliud signū  
dare noli, quā vt, ô Domine, qui non vis mor-  
tē peccatoris, ad te conuertantur: aperi igitur  
& reuelā oculos eorum vt errore agnito ad te  
reuantur, volūtates eorū immuta, animos

Ezech. 33.

pernicaces emolli, ac misericordiam ad te reuersis exhibe.

Fecisti, ô Domine, tot in Ægypto prodigia, tot miracula ad vnius Pharaonis animū emolliendum fecisti: id ipsum quoq; in tot animalium obduratarum salutem praestare duc ad Ecclesiæ tuæ caulam oves errantes, ô pastor benignissime: vt tam ipsi quam nos, sub eodem Deo, sub eodem Redemptore, eodem pastore, & in una eademque Ecclesiæ viventes humiles tibi hac in vita gratias, & laudem in altera reddamus. Amen.

FERIA V. POST DOMINICAM I. QVADRA  
gesimæ.

Partitio.

- I. Quanta vis insit orationi.
- II. Quæ sint partes orationis & orantis.
- III. Quæ voces Chanaæ, quæ Christi.

*Domine fili David miserere mei, filia mea male à damonio vexatur. Matth. 15.*

FIGURA.

2. Reg. 14.

**C**VM vidua illa Thecuitis vnicum qui sibi restabat filium, quemq; illa singulari amore prosequebatur, ad mortem postulari, supplicisque iam à cognatis subiicendum videret: gemens atque oculos lachrymis suffusa Regi David principi suo ad pedes supplex procidit, humiliq; obsecratione ne se semenq; suum deleri & familiæ nomen extingui lineret, ac filio vitam hanc & communem spiritum concederer, postulavit. Id ipsum mihi hodierna die videre hic videores Auditores. Ecce enim hic mulierem Chanæam in scenam prodeuntem: quæ cum filiam sibi charissimam, quam illa, viri oculos diligebat, ab eterna iustitia ad necem postulari videret, vt de ea tartarei illi Carnifices, id est, diaboli, suppliciū, misere eam torquendo, sumerent, Redemptori Iesu Christo, Domino suo naturali supplex ad genua aduoluta est, & lachrymans ac suspirans filiæ sanitatem suique conseruationem efflagitauit. Insigne argumentum est, Auditores, la-

tius id vobis deducendo explicabo, si Virgini prius salutationem imperauerimus: dicamus igitur cuncti.

A V E M A R I A.

Sublime illud ingenium Aristoteles, & omnibus quotquot à duabus aut tribus annorū millibus existit, Philosophorū turba, nihil adeo in terum natura, quam occultas ille celestes maximæ qualitates in cælis latitantes, quas influxus vocamus, admirati sunt. Magna quippe tur Phœbœ corum vis & potètia: adeo vt omnia, quæ supra communem naturæ cursum in clementiorum dispositione contingunt, eisdem velut causa primariæ, ac singulari ascribi queant & imputari. Si enim ab iis causam fluxus & refluxus in mari, & quid Buripum reciprocate faciat, quid metallæ sub terra sita excoquat, ac sublimet: quid in ossibus medulla exsiccat, ac redire cogat: cur magnes ferrum, ac succinū paleas & festueas ad se trahat, inquiras: nulla alia ratione data, ad influxus cælestes & operations occultas statim descendedent.

Influxus porro occulti orationis lôge maiores & præstantiores sunt influxu illo cælesti, eorumque effecta magis admiranda: vi, sunt longiores eorum naturam superant, ac longe superpræstinent. Sensit hoc vt præclare omnis, fluent illud aureum eloquentiæ Chrysostomus, in homiliis in epistolâ ad Ephesios: Orationis, inquit, vñ natvram superat, vires portio eius iam aperiāt.

Fuit ipsa Moysis & Aaron oratio, quæ terram fecit deliscere, vt Core, Dathan, & Abiron detoraret. Fuit oratio, quæ maris Rubri finum aperuit, ac sexenta hominum millia, præter uxores ac pueros siccō pede tradidit. Fuit trium puerorum oratio, quæ rabiem eam mini cohibuit, calorem compressit, ardorem & flammam in fornace Babylonica extinxit. Fuit Iosue magni illius Israelitarum ducis oratio, quæ solem stare fecit, & viterius vetuit procedere: atq; Ezechiæ, vt ciudem è cōtra Ios. 10. 18. vmbra retrocederet. Quid plura? Eliæ oratio, 3. Reg. 17. omnē cælestium influxuum cursum impediuit, atq; omnium Planetarum potentiam virtutemq; ad nihil redigit, adeo vt tribus ipsis annis & medio pluria in ciuitatem Samariae non descendenter. Oratio ignem celo fecit.